


256



254

260

'bratim per mundi corpora dividatur, tamen se redintegrare vide-
tur de corporibus emergens et se reformans et semper una eadem-
pue perseverans nullas simplicitatis suae patiens sectiones.

250

Noctem ergo illam quasi totam insomnem duximus, non tantum
beatum Martinum, quantum damnatum Bacchum honorantes.

265

Undecima die, quae est beati Martini festum, retrogrado modo
per noctem navigavimus, tamen die illucescente satis forti cona-
mine processimus ductu venti, qui tamen non omnino nos quo
volebamus duxit, sed contra septentrionem nimium nos impulit
de mari Pamphiliae in mare Aegaeum, et venimus prope Lyciam
vel Lycaoniae regionem, quae habet ab ortu Ciliciam, ab occasu
et meridie mare, a septentrione Cariam, in qua dicitur esse mons
Cadinus, qui nocturnis aestibus ignem exhalat, sicut in Sicilia
Aetna et Vesuvius in Campania.

245

305

205

355

155

Lyciae major portus dicitur Lystra, de quo Actor. XXIII habetur.
Ad hanc regionem fugit S. Paulus cum Barnaba ab Iconio, ubi
dum sanasset S. Paulus virum in civitate Lystris, credebat populus,
istos esse deos, vocantes Barnabam Jovein et Paulum Mercurium,
ipsosque adorare volebant et sacrificare (eis), ut patet Actor. XIV.
In hac fuit S. Paulus quasi mortuus Judaeorum castigatione, ut
ibidem dicitur.

Ab hac alia civitas est, dicta Derbon (**159 a**), in qua simi-
liter S. Paulus cum Barnaba praedicavit, — patet ubi supra. Quare
autem Barnabam Jovem et Paulum Mercurium esse voluerint, non
alia ratio est, nisi quod Barnabas fuit senior Paulo et videbatur
ejus prior: Paulus autem eloquentissimus, sicut Mercurius, quem
deum ventorum esse credebant. In ipsa etiam regione est Patera,
urbs in littore maris, in qua S. ille Nicolaus magnus natus est,
et non longe ab ea est Myrrha sive Myrrhea civitas, in qua idem
Sanctus dignissimus fuit episcopus anno Domini 343., de cuius
tumba sacrum ibi resudabat oleum, quo liniti omnes languidi sa-
nabantur; postquam autem Turci urbem illam ceperunt, venerunt
LXX milites de Apulia et corpus S. Nicolai in Bariensem trans-
tulerunt civitatem anno Dom. M LXXXVII., de cuius membris hodie
dicitur sudare oleum. Haec regio Lycia est poëtarum carmini-
bus memorabilis. Dum enim Jupiter Latonam oppressisset, et
geminos concepisset, Apollinem et Minervam, insidiabatur praeg-

Ende

Anfang